



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Benedictio Capsæ Reliquiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

nostri Iesu Christi, in eo condendo fabricatum, benedictionis tuæ gratia dicare digneris. Per eundem Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Deinde aspergit illud aquâ benedictâ.

Benedictio Umbellæ Altaris.

Vers. Deus in adiutorium *Et c.* *Resp.* Domine ad adjuvandum *Et c.* Gloria Patri *Et c.*

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moyse præcepisti, ut duos Cherubim super Arcam Testamenti collocaret, quam extensis ad alterutrum alis protegerent: quæsumus ineffabilem clementiam tuam, ut hoc tegumen venerandi Altaris tui, ad honorificentiam nominis tui compactum, placidus ac misericors illustratione vultus tui bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris. Per Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *ut in Rubricis generalibus.*

Benedictio Vasculi aut Capsæ sacrarum Reliquiarum.

Vers. Deus in adiutorium *Et c.* *Resp.* Domine ad adjuvandum. Gloria Patri *Et c.*

Vers. Do-

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Bene **✠**dic, quæsumus, sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hoc conditorium sanctorum pignorum, ad recondenda in eorum tuorum munera Sanctorum, in Christo Iesu Domino nostro: qui tecum vivit *Ec.* *Resp.* Amen.

Benedictio Baptisterii, seu lapidis fontium.

Vers. Deus in adiutorium, *Ec.*

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Baptisterium hoc salutis æternæ, cælesti visitationi dedicatum, Spiritus tui illustratione sancti **✠**fica: ut, quotiescunque, in fonte isto lavandi, trina ablutione fuerint aspersi, purgationem & omnium delictorum suorum indulgentiam consequantur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Oremus.

Multiplica, Domine, bene **✠**dictionem tuam, & Spiritus sancti munere fidem nostram corrobora; ut, qui in hæc fluentia descenderint, in libro vitæ ascribi mereantur. Per